

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15



1656

1. von der Ley, Conradus : De magistratu politico
2. Philippi, Johannes : De jure Tutelarum
3. Romanus, Franciscus : De consuetudine
4. Schacher, Anirinus : De citatione
5. Thomarius, Jacobus : De societate nuptiali
6. Volckmarus, Henricus : De dote
7. Volckmarus, Henricus : De emphiteuse-venditione
8. Volckmarus, Henricus : De judiciis mortuorum
9. Nagnerus, Paulus : De usufructu
10. Zapffius, Gottfriedus : De potestate patria
11. Zapffius, Gottfriedus : De lege pontina

1657-

1. Eckold, Amadus : De accrescendi jure
2. Thomarius, Jacobus : De jure primogeniti

1658

1. Born, Johannes : De bona fide

1658

2. Rindler-Schjerve, Christian Fridericus: De legato
3. Romann, Franciscus: De emancipatione liberorum
4. Schwendendorffer, Bartholomaeus Leonhardus: De interdictione
in genere
5. Schwendendorffer, Bartholomaeus Leonhardus: De
auctoritate tutoris.
6. Wagnerus, Paulus: De crimine laesae majestatis

1659.

1. Bornius, Johannes: De monetis et re numaria
2. Scholl, Amandus: De rei vindicatione
3. Finckelhaus, Siegmund: De testamento judiciali
4. Philippi, Johannes: Conclusiones juridicae ea
societatis materia desumptae
5. Schwendendorffer, Bartholomaeus Leonhardus:
De commodato

744
his
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900

LIBRARIUS
RATU
CONRADO
Publi
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900



1858

1. Kuntze, Martin Heinrich
2. Kuntze, Martin Heinrich
3. Kuntze, Martin Heinrich
4. Kuntze, Martin Heinrich
5. Kuntze, Martin Heinrich
6. Kuntze, Martin Heinrich

1859

1. Kuntze, Martin Heinrich
2. Kuntze, Martin Heinrich
3. Kuntze, Martin Heinrich
4. Kuntze, Martin Heinrich
5. Kuntze, Martin Heinrich



12

~~Pri. 33. n. n. n. n.~~

1658, 5
6/6

18

Quod felix faustumq; esse jubeat
SACROSANCTA TRIAS

Authoritate ac Permissu

Magnifici ac Nobilissimi Jctorum
Ordinis in Inclyta Lipsiensium Academia

PRÆSIDENTE

VIRO

Amplissimo, Excellentissimo ac Consultissimo

DN. BARTHOLOMÆO LEON-
HARDO SCHVVENDENDÖRFFERO,

J. U. D.

Domino Fautore, Promotore ac Præceptore suo
æviternum devenerando.

DISPUTATIONEM HANC JURIDICAM

De

AUTHORITA.

TE TUTORIA,


In Collegio Jctorum Petrino

placida disquisitioni publicè

submittet

JOHANNES VVEISE, GERANUS,
A. & R.

ad d. ii. Februarii. Anni Mesfiani 1658.



Prelo BAUERIANO.

J. M.

P. 250.



Quodlibet
SACRAMENTA THIAS
Auctoritate emissa
Magister Joh. Baptist. Cornu
Ordinarius

ANNO DOMINI
MDCLXXII
HARDO SCHWABENBURG
DISPUTATIONE HANC MEDICAM

ANTHORIA



IN COLLEGIO ROMANO
JOHANNES WILHELMUS GRABNER
A. B. M. D. C. LXXII
18. FEBRUARII

15. 11.

15. 11.



A & Ω.
IN NOMINE JESU.

Præloqvium.



Um apud omnes, omnium fermè disci-
plinarum antecessores usu receptum
sit, ut non nisi specimina edentibus ad
fructus ex studio percipiendos, liber
aditus pateat, & hoc in primis etiam in
studio Legali ita observetur, ut nullus ad Praxin ad-
mittatur, nisi qui publicum suæ eruditionis Testimo-
nium exhibuerit, vel aliter de Legalitate sua fidem fe-
cerit judici. per L. 1. §. 11, Advocatos ff. de Extraor-
dinar. cognit. L. 9. C. de LL. Magnif. Dn. Carpz.
p. 1. Const. 1. def. 18. Nobil. Dn. Richt. ad auth. ha-
bita C. ne filius pro patre D. 2. p. 35. in primis in fin.
Ord. Torg. de anno 1583. Tit. von Advocaten und
Procuratoren. Nov. Ordin. Proc. Tit. eod. item
Schurfürstl. Sächsische Policeny Ordn. de anno
1612. Tit. Justitien Sachen §. 22. Non abs re &
mibi in foro versanti ab eo tempore, quo studio Practi-
co animum adplicui, nihil prius nihil antiquius vi-
sum, quàm ut personam, quam sustinendam in me re-
cepi, eo, quo constitutum est modo, tuerer, nimirum ex-
hibitione & Elaboratione alicujus Disputationis juri-
dicæ. Cujus materiam inter alias plures, pro modulo

ac tenuitate Ingenii mei præsens hocce Thema de Au-
thoritate Tutoria sive Tutorum, utpote à foro pra-
ctico non alienum ac scitu necessarium, in præsentia-
rum esse volui. Cum verò bene tunc omnia gerantur
& competenter si rei principium fiat decens ac ama-
bile DEO, Nov. 6. in præf. & quæ bona sunt inchoa-
ta principio, bonum sortiri Exitum præsumantur.
arg. L. in universis C. qui dar. tut. ac ex Invocatio-
ne Nominis DEI, cujus nomen hinc inde celebratur
L. nullus 2. in pr. C. de summ. Trin. bonum initium,
melius medium, & finis exoptatus proveniat, gl. su-
per. rubr. gener. lib. 4. Inst. Novell. 109. in præf.
In Nomine ejus filij unigeniti Salvatoris nostri Domi-
ni Jesu Christi, quem tanquam verum Deum colimus
per omnia ac singula L. cum Salvatore 6. in
pr. C. de summ. Trinit. hujusq; inductu, actum no-
strum Disputatorium absq; ulterioribus ambagibus,
cum Imperatore nostro in Procem. Inst. felici successu
progredimur L. in nomine 2. C. de off. Præf. Præt.
Africa, ac in sequentibus Thesisibus exhibemus.

THE-

THES. I.



VOx seu Vocabulum Au-
thoritas à Græco *αὐθεντία* nomen habens, *712*
authore Josepho Langio in polyanthea sua
generaliter sumpta, accipitur vulgò pro re-
spectu Personæ & definitur, gravitas & e-
minencia quædam vitæ, probitate, meritis, potentia vel
honoribus parta, cujus gratia cuivispiam dictis vel factis
plurimum deferimus *Lang. d. l.*

THES. II.

In Materia juridica sumitur communiter pro com-
probatione & consensu, variisq; attribuitur subjectis E. g.
Autoritas Imperatoris & Principis *§. 1. Inst. de Adopt. l. 2. pr. ff. eod.*
Autoritas Magistratus *l. 26. ff. de neg. gest. au-*
thoritas Dominorum & Patrum l. 2. §. 1. ff. de Pollicit. Meier
in Colleg. Argentorat. th. 2. b. t.

THES. III.

Speciatim in Materia tutelæ sumitur pro accommo-
datione consensus & voluntatis *t. t. ff. de authorit. & con-*
sensu tut. & curat. item t. t. C. de autoritate præstanda. &
accipitur vel generaliter & latè, ita ut non saltem tutori
sed & Curatori attribuatur, ut videre est in L. 8. C. de nupt.
L. 8. ff. de adopt l. 17. §. 1. ff. de appellat.

THES. IV.

Vel specialiter & magis propriè, pro interventu &
probatione Tutoris in rebus ad pupillum spectantibus in-
terposita *Inst. b. t. §. 3. Inst. de heredit. quæ ab in testato de-*
fer. qua in re consentit Meier in Colleg. argent. th. 2. ff. b. t.
Harprecht. in Comment. ad pr. Inst. n. 2. b. t. Ibi: autori-
tatem propriam esse Tutorum non verò Curatorum *ad*
d. pr. Inst. b. t.

A 3

THES.

THES. V.

In qua acceptione definitur vulgò approbatio tutoris expressa, quæ interponitur perfecto eo, quod pupillus præsentem Tutorem gessit & in administratione Legitima consistit. à Cujacio in parat. C. de auctor, præstanda. Quæ Cujacii definitio, ut elegans commendatur, à Giphano in Comment. ad §. Tutor autem Inst. b. t. Imò pro plenissima venditatur à Justo Meiero in Colleg. Argentorat. tb. 3. ff. b. t.

THES. VI.

Nos vero præsentis Thematis definitionem sectantes analyticam, eandem ex præmissa evolutione causarum Efficientis nimirum, Materiæ, Formalis atq; Finalis (ex quibus authoritatis hujus essentia per noscitur, & constat. per trad. Wesenbec. in parat. ff. b. t. n. 3. 4. 5. 6.) indagaturi sumus.

THES. VII.

Ac primo quidem ad efficientem progredientes deprehendimus eandem duplicem, aliam nempe Principalem, aliam minus Principalem, ut paulo post explanabitur.

THES. VIII.

Efficiens authoritatis Tutoriæ principalis est Lex, à qua hæc authorandi potestas, quemadmodum & ipsa tutela est introducta. Ulpian. in L. quamquam 1. Pomponius in l. et si pluribus 4. Caj. in L. obligari 9. & passim ff. b. t. Imper. Justin. in L. clarum 4. C. de auctor, præstand. Wesenb. in π. n. 3. ibi: est autem hæc ff. b. t.

THES. IX.

Efficiens minus Principalis veluti Legislatorem movens, est 1. Imperitia & Improvida pupillorum ætas, captionibus facillimè obnoxia per textum expressum
in d.

in d. l. 4. C. de author. prestand. Wesenbec. in parat. n. 2. ff. b. t. 2. Inde exultans necessitas ipsam Legem in causis, ubi ipse obligari debeat pupillus efflagitans, princ. Inst. b. t. Ibi: in quibusdam causis necessaria est autoritas, juncta L. 5. C. de author. prestand. Vide Ludvvel. pr. inst. b. t.

THES. X.

Materia itidem duplex est, nimirum vel *Subjectiva* vel *Objectiva*, videatur *Wesenbec. in parat. n. 3. § 4. ff. b. t.* Subjectiva sive subjectum iterum bifidum est, aliud subjectum *Quod*, aliud subjectum *Cui*. *Wesenbec. in parat. d. l. n. 3. ibi. qui, quibus authores esse possunt.*

THES. XI.

Subjectum quod sc. autoritatem praestat, est ipse tutor legitimans sive habilitans personam pupilli, ad actum aliquem integre & valide perficiendum, ut vult *Wesenbec. pr. Inst. b. t.* sive potius uno verbo ad contrahendum, ut dicit *Frantz. Exercitat. 3. quest. 4. n. 3.* Et quidem is solummodo, cui administratio commissa est. *per l. 4. l. 6. ff. b. t. L. 1. C. si ex pluribus tutoribus. Wesenbec. in parat. n. 3. ff. b. t. ddde L. 5. C. de author. prestand.*

THES. XII.

Sive sit coecus factus *Paul. in l. etiamsi 16. ff. b. t.* Cum intelligere possit ex auditu quid agatur, & quomodo contrahatur, & quia dicere potest, se probare illud quod a pupillo geritur quod requirit idem *Paulus in l. etiamsi 3. ff. b. t.*

THES. XIII.

Sive minus audiens, quia talis tutor esse potest, Ergo & autoritatem praestare *per l. ult. ff. de Leg. tut.* sive ex accidenti furdus factus, si modo ex litteris intelligat, quid agatur, & dicat deinde se probare *d. l. ult. π. de leg. tut. per tradita Meieri in Colleg. Argentorat. th. 5. ff. b. t.*

THES.

THES. XIV.

Ut excludatur i. qui ob administrationem denegatam author fieri non potest, *Pompon. d. l. 4. ff. b. t.* sive administratio denegata sit ex parte *L. 1. §. 2. ff.* quod falso tutore authore gestum esse dicatur, sive in totum, qualis casus habetur *in d. l. 4. ff. b. t.* cum à tali tutore gestum prætor ratum habere non debeat. *d. l. 4.* Imò tales tutores prorsus pro extraneis habeantur, idem *Jctus d. l. 6. ff. b. t.*

THES. XV.

Ad quam classem quoq; refertur i. Tutor inutiliter datus, quia talis administrare non potest, *per L. 47. §. 3. ff. de administr. & periculo tut.* 2. Tutor qui non satis dedit, ex eadem ratione *per. L. 1. 2. 3. 4. & ult. C. de tut. vel Curat.* qui satis non dedere: 3. Tutor honorarius, utpote qui est tutor sine administratione *L. si plures 3. §. 1. 2. ff. de administr. & pericul. tut. arg. l. 4. ff. b. t. per tradita Wesenbec. in parat. n. 3. b. t.* Cui adversari videtur *l. 49. ff. de acquirend. hered.* quam objectionem diluit *Bachov. in not. ad Wesenbec. n. 3. b. t.* dilucidius explanat *Hahn in observatis suis n. III. b. t. 4.* à tutela remotus *d. l. 4. in ff. b. t. Meier in Colleg. Argentorat. th. 4. ff. b. t.*

THES. XVI.

Porro tutores esse non possunt quidam ob valetudinem *l. 10. b. t.* ut est i. Furiosus *L. 1. §. 2. ff. de administr. & pericul. tut.* cum non intelligat quid agat *§. 8. Inst. de inutil. stipul. L. 40. ff. de R. J.*

THES. XVII.

2. Mutus *L. 1. §. 2. de tut.* cum dicere non possit quid probet *d. l. 1. §. 2.* item *L. 3. b. t. 3.* Surdus cum audire non possit, quid dicatur *d. l. 1. §. ult. ff. b. t.* & per consequens nec intelligere quid probet, *Julian. l. 14. ff. b. t.*

THES.

THES. XVIII.

4. Is qui morbo Comitali occupatus tacuit, utpote cum presentia corporis sola non sufficiat *Ulpian. in L. 1. §. 1. ff. b. t. V. gr.* Et accidenti mutus factus, qui licet litteris auctoritatem interponere possit, non tamen dicere valet, quid probet, cum authorem fieri sit dicere se probare id, quod agitur *d. l. 3. ff. b. t.* aliud verò est dicere, aliud scribere, unde & auctoritas per Epistolam interposita nihil agit *L. 9. §. 5. ff. b. t. §. 2. Inst. eod.*

THES. XIX.

Nonnulli ob ignorantiam, quales sunt, qui somno vel crapula occupati tacent, *d. l. 1. §. ult. b. t.* Qui etsi corpore presentes sunt, non tamen absimiles sunt absentibus, quia non intelligunt, quid agatur, *arg. d. l. 1. §. fin. ff. b. t. Meier in Colleg. Argentorat. th. 4. n. 5. ff. b. t.*

THES. XX.

Subjectum Cui sc. auctoritas præstatur, est pupillus, per auctoritatem tutoris interpositam, legitimandus, *per trad. Wesenbec. in pr. Inst. b. t.* ubi ita loqui amat, auctorare idem esse ac legitimare pupillum ad actum aliquem integre perficiendum, nec non *Frantz. d. exerc. 3. quest. 4. n. 3.* ubi auctoritatem describit, quod nihil aliud sit, quam pupilli redintegratio & habilitatio ad contrahendum. *Wesenbec. in parat. de auth. tut. n. 5.*

THES. XXI.

Sumitur autem pupillus alias large & improprie, & dicitur promiscue is, qui nondum pubes est, sive in potestate sit patris, sive ea liberatus sui sit juris *Inst. de Adopt. §. 3. fin. §. 2. ff. de V. O. Bachov. ad §. 1. Inst. de tutela n. 2.*

THES. XXII.

Hoc verò loco accipitur strictè & de tali impubere,
B qui

qvi patre orbatus atq; in potestate tutoria constitutus est,
sunt verba *Harprechtii Inst. n. 9. b. t.* videatur L. pupillus 239.
ff. de V. S.

THES. XXIII.

Non quidem infans (qvi propriè dicitur, qvi septimum ætatis annum nondum excessit. *l. si infanti 18. pr. ibiq; Dd. C. de jure deliberandi*, cum in eo nullus intellectus, nullus consensus existat, qva etiam ex ratione talis licet tutorem authorem habens ne naturaliter quidem obligari, dicatur §. sed quod diximus 10. *Inst. de inutil. stipulat. l. 1. §. 2. in fin. ff. de administratione & periculo tutorum l. 1. §. conventionis* versu adeò autem *ff. de pact. vide Harprecht. n. 26. Inst. b. t.*

THES. XXIV.

Sed is potissimum qvi infantiam jam excessit, linguæ quidem gnarus, rerum autem ignarus est, qvi nonnullis infantia proximus referente *Harpr. n. 13. Inst. b. t.* rectius verò infantia major dicitur, puta qvi septimum ætatis suæ annum egressus est, intra annum à septimo ad decimum quartum consistens, authore *Frantzke. Exercitat. 3. quest. 4. n. 5. Inst. b. t.* Cui opinioni adstipulatur *Hahn in Observatis suis Theoretico Practicis ad verb. autoritate ff. b. t.* Ibi: à pupillo infantia vel pubertati proximo, qvia talis tutore authore obligari potest, d. §. sed quod diximus 10. *Inst. de Inutil. stipul.* sine tutore authore autem, (ut pote cum plenò firmoq; intellectu adhuc destituatur,) civiliter obligari non potest, *per l. pupillus 41. ff. de condict. Indebiti.*

THES. XXV.

Materialis definiti objectiva sive objectum sunt omnia negotia, contractus & obligationes, in quibus pupillus rem suam deteriore facere potest, *pr. Inst. b. t. L. pupillus*

pupillus L. obligari 9. ff. h. t. & Inst. ad §. 1. h. t. Ibi: Ma-
teria Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 6. lit. d.

THES. XXVI.

Sivè in iudicio & quidem in causis tam *criminalibus*
(in quibus tutores & curatores adesse debent, sive litem
inferant, sive lis ipsis inferantur, ne ex sua imperitia, vel
juvenili calore aliquid faciat, vel dicant quod nocere
possit l. 4. C. h. t.) quam *Civilibus* in quibus itidem sine
tutoris auctoritate, nihil valide agere possunt l. 1. 2. C. qui
legitimam person: *standi in jud. l. 4. C. si adversus rem ju-*
dicat: Meier in Colleg. Argentorat. th. 6. ff. h. t.

THES. XXVII

Sivè extrajudicium & in causis vel certis nimirum
talibus, in quibus conditio pupillorum aperte fit deterior
(cum impuberes in iis, ubi conditionem suam faciant
meliorem, auctoritate tutoria opus non habeant *pr. Inst.*
h. t. & l. 28. ff. de pactis) V. gr. cum vel de suo alienant, vel
rem suam obligant, cum hoc in passu certa sit juris regula,
Quod ex contractu sine auctoritate sui tutoris inito, pu-
pillus non obligetur, alii verò qui cum eo contrahunt:
obligentur per expressum textum *in pr. l. 9. ff. h. t. Inst. eod.*
Item quod pupillus aliter conditionem suam deterio-
rem facere non possit, quam cum tutoris auctoritate
d. pr. Inst. h. t.

THES. XXVIII.

Vel incertis & ambiguis, in quibus liquido non ap-
paret, an pupillo conducant, nec ne, v. gratia, In bono-
rum possessione, hæreditatis aditione, vel ejusdem ex Fi-
dei commissio susceptione §. neq; tamen *l. Inst. h. t.* Cujus
rei hæc datur ratio, quia talia licet prima fronte videan-
tur lucrosa, tamen damnum non apparens, & periculum
futurum in se continere possunt. E. gr. in hæreditate si

fortè improvifum æs alienum emergat, *arg. §. 5. Inst. de hered. qualitate*, in quem eventum aditio periculofa, quia hæres adeundo hæreditatem obligatur tam creditoribus hæreditariis *l. 8. pr. l. 21. §. 1. ff. de A. vel O.* Item *l. 3. §. 3.* quibus ex caufis in poffeffionem eatur, quam legatariis. *l. 3. §. 3. & 5. Inst. de obl.* quæ quafi ex contractu, & obligetur etiam invitus *l. 28. ff. de reb. aut. judicis poffid.*

THES. XXIX.

Quæ incommoda quoq; contingere poffunt in bonorum poffeffione, *l. 1. 2. 3. ff. de bon. poffeff.* & in hæreditate, quæ per fideicommiſſum pupillo reſtituitur, cum omnes hæreditariæ actiones tranſeant adverſus eum, qui fideicommiſſam hæreditatem ſuſcepit *§. 3. 7. 9. Inst. de fideicommiſſ. hered. videatur Colleg. Argentorat. th. 8. h. t.* Undè meritò conſtitutum ut pupillis neceſſe ſit expectare iſtis caſibus tutoris authoritatem (ne ut Imperator *§. 1.* hic loquitur, ullum damnum habeant, id eſt, ne ex ſua imperitia præter omnem ſpem ac expectationem ſpecie apparentis lucri, in periculum incidant, ex quo ſe poſtmodum explicare non poffunt), interprete *Harprecht ad §. 1. Inst. h. t. Item pr. n. 3. eod.*

THES. XXX.

Forma juxta Bachovium ad §. Tutor autem ſtatim. *Inst. h. t.* in tribus, juxta Giphanium in quatuor (quæ diligentiffimè ibidem dicit obſervanda) vulgò conſiſtere dicitur. Nos verò ex perluftratione textuum juris ſex requiſita præſentis thematis deprehendimus formalia, adſtipulante *Meiero in Colleg. Argentorat. th. 11. ff. h. t.* ordine deinceps explicanda.

THES. XXXI.

Primum formale requiſitum eſt, ut authoritas tutoris ſtatim in ipſo negotii actu interponatur §. Tutor autem
tem

tem *Inst. b. t. L. obligari. 9. §. Tutor statim 5. ff. eod.* Cum post tempus vel confectum vel expeditum jam negotii autoritas frustra adhibeatur, *d. §. 5. in l. 9. ff. b. t. Harpr. ad §. Tutor autem inst. b. t. n. 1.* (ad differentiam consensus curatoris qui etiam post tempus & intervallum interponi potest, atq; sic actus à minore gestus confirmari per *l. fin. C. ad S. Ctum Maced. l. 2. 5. in fin. ff. de donat.* inter virum & uxorem *Frantzk. d. exercit. 3. quest. 4. n. 7.*) Adversari huic *§. 5. l. 9. ff. b. t.* videtur *l. si quis mihi 25. §. jussum 4. π. de acqvirend.* vel *omittend hæredit. & ex eadem dissentire Bachovius in not. ad VVesenbec.* hic, nec non in *animadvers. ad Treutler. volum 2. disp. 8. tb. 6. lit. E.* quam conciliat *Harpr. §. Tutor autem Inst. b. t. n. 2.* dilucidius. *Frantzk. d. exercit. 3. quest. 4. n. 9. b. t. ad stipul. Dn. Ludvvell. ad §. Tutor autem Inst. b. t.*

THES. XXXII.

Formale secundum est, ut autoritas interponatur à tutore præsentem, non per Epistolam vel per nuncium. *Gaj. d. l. obligari 9. §. 5. ff. b. t.* cum tali modo præstita autoritas nihil operetur *d. l. 9. §. 5. ff. item §. 2. Inst. eod.* dissentire videtur idem *Bachov. in not. ad VVesenb. n. 5. ff. b. t.* Ubi expresse ita statuit. Si tutor negotium se absente gestum, mox superveniens, cognitis accuratè singulis circumstantiis approbet, autoritatem rectè interpositam censerit, videatur *Harpr. ad d. §. Tutor autem 2. n. 3. 4. 5. Inst. b. t.*

THES. XXXIII.

Tertium pro forma requiritur ut fiat disertis & expressis verbis, tutore rem approbante, cum silentium hic pro tacita approbatione non sufficiat, nec satis sit tutorem præsentem esse, & tacite pupillo consentire *d. l. 3. ff. b. t.* Unde nec mutus tutor dari potest; quia inquit Paulus au-

thoritatem præbere nequit, neq; Surdus, quia inquit idem
Jurisconsultus. Tutor non tantum loqui, sed & audire
debet *l. 1. §. pen. & ult. ff. de tutel.*

THES. XXXIV.

Quartum formale requisitum est ut pure & non sub
conditione tutor author fiat, licet conditionalis contra-
ctus cum pupillo celebretur, *Ulpian. d. l. etsi conditionalis*
§. ff. h. t. Ratio 1. quia certo iudicio rem probari oportet,
quæ certitudo nulla esse potest in eo, quid ex eventu in-
certo suspenditur *Donell. lib. 3. Comment. c. 13. fol. 190. n. 30.*
2. quia auctoritatis hujus interpositio est actus solennis &
legitimus, qui non potest recipere conditionem *l. actus*
legitimi 77. ff. de R. I.

THES. XXXV.

Quinta necessaria & formalis conditio est, adstipu-
lante *Meiero in Colleg. Argent. th. 11. n. 2. b. t.* ut auctoritas
interponatur à tutore sponte & non coactè, *per l. 1. §. ult.*
ff. h. t. quia tutor invitus ne quidem à Præatore cogi potest,
Paul. l. 7. ff. h. t. §. 2. Inst. eod. l. 57. §. ult. ff. de administr. &
pericul. tut. l. 11. h. t. Ex quo infert *Vvesenbec. in parat. n. 3. h.*
Magistratum vicem tutoris supplere, & authorem fieri
non posse *per Cujac. lib. 7. Observ. c. 13. Land. lib. 1. art. 41.*
44. 45. & 46.

THES. XXXVI.

Sextum formale requisitum est, ut fiat bona fide per
l. 5. §. 2. 3. 4. ff. h. t. cum lege rata non habeatur auctori-
tas dolo malo facta *l. 61. pr. de jure dot. l. 12. §. 1. π. de admi-*
nistr. & pericul. tut. & contractus talis mala fide & calli-
de inter pupillum & secum contrahentem celebratus,
nullius sit momenti *d. §. 2. 3. 4. ff. h. t.*

THES.

THESES. XXXVII.

Quæ requisita diligentissimè sunt observanda, in tantum ut hac forma neglecta actus prorsus sit invalidus, utpote cum paria sint auctoritatem vel perperam esse adhibitam, vel plane non intervenisse, ut inquit Ulpianus in l. nulla differentia 2. ff. b. t. Tantum de causa formali.

THESES. XXXVIII.

Seqvitur finalis, quæ est integratio & habilitatio pupilli ad contrahendum, per tradita *Vvesenbec. n. 5. b. t.* Ibi: ad integrandam pupilli personam, ad stipulante *Frantz. in d. exercitat. 3. quest. 4. Inst. b. Vvesenbec. in Comment. Inst. pr. b. t.*

THESES. XXXIX.

Et id non tam respectu pupilli, ne damnum subeat, (scil. in causis liquido non apparentibus, an sint lucrosæ nec ne, de quibus loquitur §. neq; tamen 1. *Inst. b. t.* ut simpliciter statuere videtur *Vvesenbec. n. 6. in par. π. b. t.* ibi: ne imbecillis & improvida ætas, item *Treatl. vol. 2. disp. 8. th. 6. lit. d.* Ubi dissentientem allegat *Duarenus ad tit. de acqvirend. hered. c. 4.*) utpote qui ex parte sua sine tutoris auctoritate rem suam deteriore facere non potest, *pr. inst. b. t.* quam eorum, qui cum pupillo negotium aliquod contrahunt, ad eundem hoc modo firmiter obligandum, ut rectè tradit *Meier in Colleg. Argent. th. 12. ff. b. t.* absq; quo si foret, nemo cum imuberibus foret contracturus, utpote sine tutoris auctoritate ad obligandum. *ineptis pr. Inst. §. l. pupillus 5. item l. obligari 9. ff. b. t.*

THESES. XL.

Quibus præmissis præsens Thema ita definiri potest, quod sit approbatio (a) negotii (b) ab alio (c) cum pupillo (d) gesti, ad integrandam hujus personam (e) lege (f) introducta, ab habili tutore (g) debito modo (h) præstanda.

(a) De-

- (a) Definiti genus approbatio, quia authoritatem præstare nihil est aliud, quam probare vel approbare *Paul. in l. 3. ff. b. t.*
- (b) Objectum definiti negotium inter pupillum & extraneum gestum *per trad. th. 25. 26. 27. 28. & 29.*
- (c) Ut distinguatur à tutore ipso qui in rem suam author esse non potest, hoc est, suam authoritatem accommodare pupillo nequit, ubi causa, quæ controvertitur ad ipsum tutorem spectat, utpote cum authorem esse, nihil sit aliud, quam probare id, quod agitur, id est, quod ab alio & non à se ipso geritur cum pupillo *l. 3. ff. b. t.* quemadmodum nemo pro se ipso fidejussor esse potest, nemo in sua causa testis aut iudex, ut eleganter tradit Giphani. ad verba quia ipse tutor & ex eo *Harpr. Inst. b. t.*
- (d) Definiti subjectum cui, de quo *supr. th. 20. 21. 22. 23. & 24.*
- (e) Causa finalis definiti *th. 38. 39. supr.*
- (f) ad innuendam efficientem Principalem de qua *th. 7. 8. 9. supra.*
- (g) Subjectum quod habilis tutor per *th. 11. 12. & 13. supr.*

(b) ad

(b) ad subindicandam causam definiti forma-
lem supra th. 31. 32. 35. 34. 36. & seqq. traditam.
Et ita hanc materiam pro ingenii mei tenuitate pro-
posuisse sufficiat.

SOLI DEO GLORIA.

Corollaria.

Jurisprudentiam duplicem pri-
vatam & publicam statuere non
est Jurisprudentis.

Jus publicum in Academiis tra-
ctari Reipublicæ interest.

Jus publicum & Politicam dif-
ferre, ut genus & speciem statuunt
juris publici & Politicæ ignari.

Ad Præstantissimum

Dn. Respondentem.

P Praxis requirit judicium, clemens
Orare causas quando jubet graves:
Contra theoriam vigorem
Ingenii placuisse constat.

Vultej. in pro-
leg. jurispr.
præf.

C

Nam

Nam quæ verendis mutua seduli
Præcepta juris discimus in scholis,
Hæc applicat praxis decenter
Ad varios reditura casus.
Utring, doctis hinc quoniam viris
Tandem probari non temerè studes,
Hanc corde latus grator imo
Quâ fruëris, Perileuce, sortem.

scripsit

AUGUSTINUS PRÆTORIUS,
Ph. & J. U. D.

TUTORIS regimen vult is, qui jure tueri
Se nequit, aut *annis*, aut *ratione* minor.
Non minus ad dubiam litem *munimen* adorat
PATRONI, spes ac anxia cura *Rei*.
Munia TUTORIS dum tu quoque CANDIDE
monstras
Et te TUTOREM fers, regimenque reis.
Maçte ergò virtute, *bilaris* sic fama seqvetur
Et vitam, fatum denique & omne tuum.

Ἐξέδρασε

AD. SAM. Grynstein/
J. U. Doctör andus.

Que

*Que Vous soyéz nommé Sage en allemand
Et pas blanc cet Escrit le tesmoignag vend.
Quod sapiens potius, quàm albus cognomine dictus
Sis, probat hoc sapiens, VVeis, meletema tuum.*

Ita alludit ad cognomen Domini Au-
toris hujus Disputationis Fautoris &
Sympatriotæ sui æstimandi amandi
ipsiq; dum Cathedram scandit pu-
blicam, gratatur, ac ut ad majores
adscendat honores ὀλοψύχως vovet
& precatur

CHRISTOPHORUS GIGLINGIUS,
Secretarius Saxo-Vinariensis hoc
tempore Lipsiæ.



De Voss foyez nomme sage en allemand
Et parbleu ce foyt le remede
Good foyez potius. p. can. alius cognovimus dicitur
Sic probat hoc foyez, V. c. 1. meliora tenent

Ita alibi dicitur cognovimus dicitur
totis huius Disputationis Favore &
Symptoma sui affirmandi amandi
ipsum dicitur Cathedram scandit pu-
blicam, gratatur, ac ut ad majores
adhibenda honores dicitur vover
& precatur

CHRISTOPHORUS GIGLINGIUS
Secretarius Saxo-Vindobonensis
tempore...



1717
1718
1719









X2615901

VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

P. 73. n. 1.

1658, 5

29. 9.

18

faustumq; esse jubeat

ANCTA TRIAS

ritate ac Permissu

Nobilissimi Jctorum

ta Lipsiensium Academia

ÆSIDENTE

VIRO

ellentissimo ac Consultissimo

LOMÆO LEON-

VENDENDÖRFFERO,

J. U. D.

romotore ac Præceptore suo

um devenerando.

EM HANC JURIDICAM

De

IORITA.

UTORIA,

Jctorum Petrino

disquisitioni publicè


submittet

VVEISE, GERANUS,

A. & R.

arii. Anni Mesfiani 1658.

BAUERIANO.



J.C.M.

